

Dñica infra octa. ascēſio.

carne corrupta opprimi et extingui non valebit
Est autem fugienda ut ignis conflagratio. ver-
nium intoxicatio. et fluminum inundatio. de hoc
vide supra dominica quarta p^o pasce. **J. l. 4.**
Tertia passio que euenit in somno est litargia
et est morbus inducens obliuionem propter op-
pressionem cerebri ex continuo somno facto. et
dicitur alio modo litargus. de quo loquebat
philosophia de bo. li. j. de cōſola. proſa. ij. litar-
gum patitur communem illuſarum mentiū mor-
bum. per hunc morbum moraliter ſignificatur
auaricia que inducit obliuionem dei et ſui ipſi^o et
pauperis. Nam auar^o non recordat dei. Quia
dicit glo. ſup. lxij. pſ. **Deus** deus me^o ad te de
luce vigilo. Ad dominū vigilat qui vere dei me-
mor eſt. ad dominū dormit qui deum obliuiſci-
tur. Item ſui ipſius obliuiſcitur. quia nō curat
de ſalute ſua. ſed ſolum ut pecuniā in detrimen-
tum anime ſue per ſas et nephas poſſit pgrega-
re. nec recordatur paupis ſicut ille diues. **Luc.**
xvj. Qui^o cor induratum fuit quaſi lapis **Job**
xlj. et j. **Beg. xxv.** Et idem **Nabal** ſulto hoc dī
ideo dicitur de auaris. **Amos. vi.** Bibentes in
vialis et optimo vngento delibuti. nec compa-
tiebatur ſuper conteritione ioseph. ideo qui vo-
luerit has tres infirmitates euitare. debet ſm
exhortationem apli vigilare cū dicit vigilate.

De eadem dñica Sermo tertius.

Hospitales in
uicem ſine murmuratione. **j. pē.**
liij. iud. ii. xij. dicit. q^o miluus eſt
Inſis pia erga aues aliene ſpei. **Naz** cuculos
in ſpatulis ſuis ſuſcipit et ne deficiāt in via pro-
pter longa itineris ſpatia a partibus hispanie
ſecum ducit. Moraliter hec auis docet nos ut
peregrinis et alijs paupibus pietatem exhibea-
mus et eos nobiſcum in hōſpitia noſtra induca-
mus. **Juxta illud ſa. lxvij.** Frange eſuriēti pa-
nem tuum et egenos vagosq^o induc in domum
tuam. quaſi diceret. Si milui auibus illis hoc
faciunt que ſecum eiſdem ſpei ei non ſunt. q^o-
to magis debet facere homini hoc homo et chri-
ſtianus chriſtiano ut videlicet hominem chriſti-
anum portet ſecum de hispania exemplo milui
hispania interpretatur vno modo actio et ſigni-
ficat opus bonum peregrinationis. quod cum
peregrinus vno die exegerit hōſpitio indiget.
Quia dicit **Sen.** in epiſtola ad **Lucillum.** Per-
egrini multa habent hōſpitia et nullas amicitia-
as. ideo debent boni chriſtiani tales in domib^o
ſuis recipere. et propter deum hōſpitare. ad qd
hortat nos btūs **Sreg^o**. in omel. euangelij. qd

legitur ſecunda die paſce. **Pſate** fratres q^ota
hōſpitalitatis virtus ſit ad mēſas veſtras chri-
ſtum ſuſcipite ut vos ab eo ſuſcipi ad conuiuia
eterna valeatis. **Prebete** domū peregrino chri-
ſto ut vos in iudicio nō quaſi peregrinos ſuſci-
piat. ſed ut proprios ad regnum recipiat. Qd
aut chriſtus in peregrino ſuſcipitur. probat idem
Sreg^o in omel. p^odicta. q^o quidam pater famili-
as multum fuit hōſpitalis. cū aut quadam die
cum peregrinos ſuſcepſet et aquam dediſſet ma-
nibus eorum ex humilitate vnus fuit inter eos
in cui^o manu ex humilitate aquam fundere vo-
luit. et cum reuerſus vtrumq^o accepſſet non eum
inuenit. **Quq^o** hoc factum apud ſe miraretur
eadem nocte dominus ei per viſionem dixit ce-
teris diebus me etiam in membris meis recepi-
ſti. heſterno autem die meipſum ſuſcepſiſti. **Alio**
modo hispania interpretatur expeditio et ſigni-
ficat quālibet licitam legationem que iniungit
nuncijs quam cu^o vna die expedierint in hōſpi-
tijs a bonis chriſtianiſ recipiendi ſunt. ut chri-
ſtus qui fuit nuncijs ſummi patris quē miſit in
mundū. **Job. xvj.** **Eos** i hōſpicio celeſti recipe
digne. ideo ad talem hōſpitalitatem hortatur
btūs **Petrus** in v^obis p^oſumptis. cum dī. Ho-
ſpitalet inuicē. i quibus duo facit. p^omo mouet
ad hōſpitationem. ibi. hōſpitalet. ſcdo inibet
murmurationē. ibi. ſine murmuratiōe. **De q^o** **h**
notandum q^o inter omnia miſericordie et p^opieta-
tis opera magis gratum eſt deo et placitū op^o
hōſpitalitatis. quia per hanc quidā placuerūt
angelis hōſpicio receptis. **Ad heb. xij.** vnde
q^o hōſpitalitas grata ſit deo quattuor debet ha-
bere conditiones. **Primo** q^o debet habere hila-
ritatem ſine murmuratione nā miles hilarē ſe
oſtenderet ſi rex ad ſuum manerium reclinarē
Rex noſter chriſtus hōſpicio recipitur quoties
qualiſcunq^o in nomine eiſ recolligitur. **Juxta**
illud **Matth. x.** q^o dixit dñs diſcipulis. Qui re-
cipit vos me recipit. **Eiſdem. xvij.** **Statuit**
chriſt^o paruulum in medio diſcipulorū et dixit.
Qui ſuſcipit vnum paruulum talem in nomine
meo me ſuſcepit. **Et Job. xij.** **Amen amen** dico
vobis qui accipit ſi quē miſero me accipit. qui
autem me accipit. accipit et eum qui me miſit.
Ecce o hōſpitalis q^o magnos accipis hōſpites
vicz chriſtū et patrē cu^o in noīe chriſti hōſpitas
pauperem gaude ergo et letare et cu^o hilaritate
vtere hōſpitalitate. **Nā** chriſtus i nouiſſimo iu-
dicio dicit oib^o hōſpitalib^o. **Matth. xxv.** Ho-
ſpes eram et collegiſtis me. et quomodo eiſ de-
negabit manſionem in celis. qui dederunt ei
habitationem in terris. **Unde** dicit eiſ. **Veni-**
te benedicti patris mei percipite regnum quod
vobis paratum eſt ab origine mundi. **Ad tam**

gloriosum igitur regnum acquirendum cuius dominatio non habet finem nec regimen sollicitudinem quod acquiratur per peregrinos et pauperum susceptionem non solum sunt ipsi hilariter suscipiendi. sed etiam trahendi. Quia super illud **Luc. vii.** qd dicit de duobus discipulis euntibus iherusalem qd coegerunt christum dicentes. **Hane nobiscum domine.** dicit glo. quo exemplo docemur qd peregrini non solum ad hospitium sunt vocandi. sed etiam trahendi et rogandi. Exemplo etiam **Loth. Gen. xix.** Qui sedebat in foribus domus sue peregrinos expectando. et cum vidisset duos angelos in specie hominis compulit eos opido ut diuerterent ad eum dicens. **Obsecro domini declinate in domum pueri vestri. et manete ibi.** Et certe non dumtaxat sunt trahendi. sed tracti et coacti cum reuerentia suscipiendi. Quidam enim vir religiosus dicebat fratres aduenientes adorari debere cum certum sit aduentum eorum esse domini nostri iesu christi aduentum. Et hoc habemus exemplo illius magni patris **Abrahe. Gen. xxiij.** Qui videns tres angelos credidit esse homines. occurrit eis obuiam de hostio tabernaculi sui et adorauit pronus in terra. Sic et **Loth. xix.** Contra quod iam dictum inueniunt multi. qui nullum peregrinum recipiunt nec egenum nisi ab eis habeant emolumentum. Sunt etiam multi. qui solum eos suscipere. mala tamen videntur facere voluntate. ut videlicet possint eos rebus spoliare. Sunt et alij qui quis solliciti sint eos hospitio recipere. tamen receptos laboribus solent affligere. et hi omnes similes sunt incredulis egyptijs. De quibus **Sap. xix. dicit.** Iuste enim patiebantur secundum suas nequicias. etenim detestabilior hospitalitate insisterunt. Alij quidam ignotos non recipiebant nec aduenas. Alij autem bonos hospites in fuitutem accipiebant. ideo omnes tales regnum celorum non possidebunt quia dicit eis christus **Matth. xxv.** Hospes eram et non collegistis me. videlicet ut decet propter deum. ideo ite maledicti in ignem eternum qui paratus est diabolo et angelis eius. Secundo hospitalitas debet habere securitatem sineurbatione. defendebant enim homines antiquitus hospites suos sibi periculo proprio. Sicut narrat in **poli. li. viij. c. xij.** ubi dicit quod notam criminis incurrerant qui hospitibus. i. peregrino humanitatis hospitium denegabant. **Propterea legitur Gen. xix.** Postquam angeli ingressi sunt in domum Loth viri ciuitatis eos concupierunt domus eius vallauerunt dicentes. **Educ eos ut cognoscamus eos** scilicet concubitu nephario. **Aggressusque ad eos Loth post tergum ac claudens ostium.** glo. ne intrarent domum. et raperent hospites suos quos adhuc credebatur esse homines et illi vim

faciebant sibi. Quibus dixit. habeo duas filias his abutemini hoc secundum glo. dixit ut euitaret maius malum scilicet peccatum contra naturam et violentiam hospitum suorum. hic dicit glo. quod illicitum fuit sibi concedere abusum filiarum suarum. charitas enim est ordinata. Et ideo nullus debet committere aliquod inordinatum ut precaueat maiori peccato alteri. Et dicit **Hol. kot. lec. ccix.** Quauis ex pietate animi non facit tamen usus consilio hoc dixit. ideo nec in hoc imitandus est. Quia secundum apostolum **Roma. iij.** et secundum sanctum **Thomam. ij. q. lxiiij.** Non sunt facienda mala ut eueniant bona. hoc tamen ideo fecit quia mos erat fidelium hospites ab omni iniuria defendere. ut dicit magister in **hystoria. Sed. d.** nunquid peccauit hic Loth qui tradidit filias suas sodomitis? dicit glo. quod erat peccatum de genere non solum veniale. sed et mortale. tamen exoneratus fuit a tanto. et si non a toto. tum ratione perturbationis mentis. tum quia vitio pessimo in suis concubibus et violentie in suis hospitibus occurrere intendebat. tenetur enim quilibet hospites suos tueri quantum potest per modum licite non debet tamen peccare ad earum tuitionem propter ordinem charitatis. hec **Nico. d. lxxv.** Tercio hospitalis debet habere saturitatem sine diminutione. ut omnia necessaria homini mistrent unde legitur. **leuita quidam dixit cuidam seni.** nulla re indigemus nisi hospitio. respondit senex. gaudeo ego sum propeo omnia que necessaria sunt tibi. tamen queso ut in platea non maneat. **Iudic. xix.** Exemplum in hoc de hospitalitate mulieris. **Reg. iij.** que dixit viro suo animaduerto quod vir dei sanctus est iste. qui pertrahit nos frequenter. faciamus ei cenaculum paruum et ponamus ei in eo lectulum mensam et sellam et candelabrum. Ecce quod omnia necessaria ei ministrabant ut cum venerit ad nos maneat ibi. Ita legitur in **vitaspa.** quod quidam senex in stiria multum hospitalis faciens manducare omnes ad se venientes. et eis id quod habebat ministrabat. venitque ad hunc quidam solitarius volens refici dicens se ieiunare. Qui senex. examus inquit ut oremus sub arboze. et cui fuerit arbor inclinata ipsum sequamur. Orante solitario arbor non est inclinata. Orante hospite arbor inclinata est. et sic ille secutus est hospitem et comedens se refecit. Aliud autem est contra multos qui faciunt suis hospitibus pulchrum vultum secundum dictum moralis. Hospitibus letum debes ostendere vultum. vultus enim letus dandi duplicat tibi cultum. Sed de peiori potu quem habent eis administrant. Sunt etiam qui verbis hospites alliciunt. et eis bene facere permittunt. Sicut ut dicit sapiens. ubi verba plurima ibi frequenter

Dñica ifra octauas ascen.

ter egestas. **P**rover. xliij. Quarto hospitalitas debet habere pietate sine negatione ut fiat pro dei amore et non pro nummo vel lucro. tales enim habebunt mercedem suam. **N**az refert **A**piarius in li. apum. c. liij. q. prior fratrum predicatorum in trajecto **S**umandus nomine domum hospitis post prandium introiit dicens cellerario. **V**ade in cellarium affer fratribus cibus vini si potes. ait ille. vere tres dies sunt q. eleuato doles vinum totaliter est extractum. quid plura? iubete priore redit ad doleum cellerarius et repletum inuenit. **E**t ultra spem fratribus diu postea ministravit. **I**de refert de alio viro quodam nomine **J**ordano qui fuit in rebus tenuis. **S**ed elemosynis deditus sup vires anno domini **M**illesimoducentesimo tricesimo primo. super renum et musellam in teutonia charistia habebat. **E**t accidit ut duo fratres ordinis predicatorum ad dicti viri hospitium declinassent quibus hilariter introductus filium cum laguncula pro vino misit. **Q**uo reuerso dixit filio mater defectus cordis frequenter in mane patior. tu autem nocte hac haustum vini referues de laguncula. his dictis cōsederunt ad cenam omnes qui erant in domo. **E**bibito autem vino fere de laguncula filius in aure patri matris verba susurrat. **S**ed ille dissimulans cum hospitibus vinum ebibit. mane illis recedentibus cepit mulier defectum cordis pati et vocato filio suo quesitum si quid esset in vasculo et nihil inquit ille. **Q**ui mater. **E**t ita inquit in manu mea. ut saltem in tribus guttis sumpta buccella panis cordis mei debilitas releuetur. accessit itaque puer et vasculum plenum inuenit. ibidem narrat idem de venerabili **al-**
Mheyde de **B**olonien que propter suam hospitalitatem tale miraculum dignata est videre. **R**ecedente ergo viro suo nobilissimo milite non quod si diebus plurimis redituro petente leproso hospitium est receptus. illo ergo gemente cauente infirmitate cordis fatigatus petijt in lectus suauissimum se deponi. dñia autem nullum cernens vel credens lecto sui domini molliorem. in eo leprosum hominem mox deponit nec mora ex insperato dominus rediens petens se in thalamum intronitti. dissilante ergo domina coniecurauit ille aliquem esse in lecto et irruptione facta hoc hyemali tempore lectum suum rosas fragrantissimas coopertum inuenit. ammiratus inquit quod factum sit indicat vxor. nec mora in laudem xpi ambo cum lachrymis resoluuntur. **E**t his miraculis patet quod etiam dominus dignatur hospitalitatibus mercedem hic dare in terris et multo maiorem tunc in celis. ideo aplos hortatur nos ad hospitalitatem ad heb.

xliij. **C**haritas fraternitatis manet in vobis et hospitalitatem nolite obliuisci. talibus enim hospitibus promeretur deus. hoc est dictum de hospite actiuo qui pegrinum recipit vel egenum. **N**unc de hospite passiuo. scilicet qui recipitur. hec sunt notanda. **P**rimo debet esse contentus acceptatione. videlicet acceptando quod sibi sponte nec referuntur. hanc curialitatem docuit xps discipulos suos **Luc. x.** In quacumque domum intraveritis in eadem manete edentes et comedentes que apud illos sunt. dignus enim mercedem mercede sua. **E**t iterum. In quacumque ciuitatem intraveritis et susceperint vos manducate que apponuntur vobis. **Q**uo modo preceptus fuit princeps clarus timotheus ciuitatis athenis qui cum apud platonem philosophum atheniensem cenasset eiusque conuiuium delectatus fuisset. quia cum moderamine fuit peractum ait. **ut scribit Tullius** ei post triduum cene tue non solum in presentia. sed etiam postero die sunt iocunde. q. d. **E**t cenis tuis homines non sunt grauati crapula nec ebrietate impediti. **S**unt autem contra quidam qui hospitibus suis improperant et de cibariis appositis murmurant. **S**icut refert **Seneca.** **Q**um socrates hospites suos satis cibo tenui refecisset amicus eius hoc sibi improperauit. respondit **S**ocrates. si boni sunt equanimiter ferent. si mali tunc cruciabuntur. **I**deo dicit **Tullius** moralis. noli culpae dapes quas sumere debes. **N**ec quid preponat inuitans tibi queres. **D**e hoc etiam dicit apostolus. hospitalitatem inuicem sine murmuratione. **S**ecundo debet hospiti suo esse gratus. **S**icut de hoc **O**narrat **P**ares frigus de bello troiano quod theolophus impediuit socium suum **A**chillem ne regem teutancum occideret memor esto scilicet quod tu cum patre tuo **H**ercule teutanco olim hospitatus fuisti. **I**n historia etiam **E**ccelesiastica. c. xxxiiij. narrat magister. quod cum **G**regorius episcopus urgente temporis et procelle angustia in alpinis in phanum appollinis diuertisset a sacerdote licet prophano officiosissime est receptus. post cuius digressum accessit sacerdos ex more poscere consilia et responsum. **S**ed nullo modo responsionem inueniebat iterum et iterum sacerdos victimas offerebat. sed nihilominus silentium permanebat. **S**umque sacerdos stupore maneret per noctem in somnis demoniis assistens dixit se nihil posse percontari. causam ait se per aduentum **G**regorii episcopi esse expulsus. **E**t cum requireret sacerdos quid sibi remedij deberet exhibere. respondit. alter non sibi ingredi licere nisi **G**regorius permisisset. **Q**uibus auditis sacerdos securus est beatum **G**regorium. ad eumque perueniens

expandit ex ordine humanitatis sue. atq; hospitalitatis adiecit querelam expulsi. et facultatem sui questus deplorat. atq; reddi sibi omnia in pristinum statum deposcit. Scripsit ergo epistolā beatus Gregorius in hac forma. Gregorius appollini pmitto te redire in locum tuum et agere que consueuisti. Quare cum sacerdos iuxta simulacrum affuit demon poscenti responsa prebuit. Quid ille admirans et dicens intra se q; Gregori? maior esset dijs suis clausis ianuis phani adiuit Gregorium et prostrauit ad pedes eius rogans vt deo se offerat cuius virtute Gregorius dijs gentium impabat. Quid cum fecisset Gregorius cathecaminus pius factus est ab ipso. et postea ab ipso baptismi gratiam est consecutus in tantū vite merito ac fidei virtute profecit vt ipse beato Gregorio in episcopatu successor extitit. Et dicit hol. lec. cxiij. Laudanda est ergo hospitalitas sacerdotis i fidelis. veneranda est sanctitas pontificis. Comendanda est mirifica pietas saluatoris. sacerdotem iustificans infideles. Acce q; beat? Gregorius suo hospiti fuit fidelis et gratus. Contra sunt quidam suis hospitibus ingrati. Sic narrat Sen. li. iij. de beneficijs. miles quidaz naufragus litori est appulsus et in hospitio cuiusdam per triginta dies refocillatus. tandem licentiam recipiens ait. gratias tibi referam. si imperatorem me videre contingat. veniens ad philippum regem mecedonuz predia illius apud quē fuit hospitat? poposcit. annuit philippus vir ille expulsus non vt iners vel rusticus illud tulit. sed ad curiam imperatoris accessit. et ingratitudinem militis exposuit. philippus hoc audiēs iussit vt improbissimo militi et ingratisimo hospiti stigmata infingerentur que eius ingratitudinez perpetuo testarentur et hospiti omnia redderentur. Et sic statutum fuit vt hospitibus ingrati stigmata infingerent. vt dicit Sen. Tertio caueat hospes nimia dominationē in domo vel familia sui hospitis exercere. sed minimo domestico studeat obtemperare diligenter. Ast enim nimis reprehensibile. si ordinatum dominum domus hospes presumpserit reprobare qui tenetur omnibus modestiam obsequare. ideo metrica dicitur. Qu facis ingressum studeas sic esse modestus. Ut post decessus rumor sit de te honestus. Quarto caueas nimia frequentationē. Iux illud Prover. xxv. Subtrahere pedem de domo proximi tui ne forte saturatus oderit te. Et propter eandem causaz cauēda est magna mora. Post tres dies vilescit piscis et hospes. nisi sale conditus vel sit specialis amicus. Similiter considerandus est. q; hospitalitas diligenter excenda est pro-

pter quattuor emolumenta. Primo q; disponit ad dei recognitionē. Sicut patet de illis duobus discipulis euntib? in emaus qui coegerūt dominum. vt cum eis in hospitium declinaret dicens. Pane nobiscum domine quoniam ad uesperas est et inclinata est iam dies. Et factum est cum ederet cum eis q; cognouerunt eum in fractione panis. Luc. xlv. Sic nonnunq; diuina cognitio alicui infunditur occasione. videlicet in hospitio suscepti. Scdm emolimentuz q; confert temporalium multiplicationem. Sicut. iij. Reg. xxij. de vidua que heliaz in hospitio suo suscepit cui farina nō defecit nec lechitus olei diminutus est. idem patet in anulo. c. xxiiij. de quodam fabro qui gratia hospitalitatis nulli panem vel hospitium denegabat. et iuxta magnum fluium residebat. iuxta eandem aquaz ditissimus morebatur tenax et auarus. Contigit vt vxorem mitteret vbi pecuniam suam posuerat. et audiuit vocem terribilem dicentem. Discedite q; hec pecunia non est nec erit vra. territa vxor marito narrauit. Sepius talia audierunt nec vltra accedere audebant. hec pecunia in trunco ad domum fabri natauit et ibidem longo tempore latuit. Tandem truncus p incude paratur et pecunia inuenitur et faber ditatur. quodam autem tempore contigit aurum venire ad domum fabri et narrat enentuz de pecunia. faber conscientiam habens i quodam pane magnam summam pecunie sibi dedit. Sed ille offert eum sutori. p suorum calceamentoz reformatione aliud nō habēs. postea ea deficiente pane in domo fabri predictus panis a sutoze sibi remittatur. et sic dei nutu ad verum cedit possessorem. de hoc quere exemplum supra valde notabile. parte pma. dominica pma post epiphanie. sermone primo. Tertium emolumentum. quia excludit diuinam ultionem. Sicut patet Josue. vj. de raab d qua dicitur. Sola raab meretrix viuat et vniuersa que cum ea in domo sunt eo q; exploratores in hospitio recepisset et eos cum querebantur abscondisset dicēs. Fateor venerūt ad me scilicet tanq; ad hospitalariam comunem cūq; porta cluderetur pariter exierūt. Et nota q; hoc nomen meretrix est equiuocum et significat meretricem et venditricem victualiu qd proprium ē hospitaliarum. nec fuit actu meretrix publica. nec fuit ante. vt qdaz dicant quia ipa mulier fuit postea coniuncta matrimonio ipsi Salomon qfuit princeps nobilioris tribus iude propter qd non est verisimile q; accepisset in vxorem talē mulierem que esset actu infamis vel fuisset. et ideo translatio caldaica vbi nos habemus meretricis habet mulieris

Unica infra octavas ascen.

hospitalarie. et sic dicunt etiam hebrei. Quare
to quod meretur dei et angelorum susceptionem.
Sicut patet hoc Matth. x. Qui vos recipit
me recipit. Et supra patet in arenga. Et Gen.
xviii. de Abraam. et xix. de Loth. qui propter
hospitalem angelos suscipere meruerunt.

Domínica post ascensionem domini
Sermo quartus.

Hisq3 synago
gis facient vos. Joh. xvi. Dicunt
naturales experti quod cultelli per
foratio et aque colorate infusio immutat fru-
ctus arborum. Nam si esset arbor infructifera
fructus malos faciens hec ita posset immuta-
ri ut fructus dulces produceret et coloratos.
Faciendum est foramen cum cultello in arbo-
re et quęcunq3 odorem vel saporem vel calorem
vis inducere distempera cum aqua et infunde
et colorabitur fructus eodem colore vel sapo-
re. Sic etiam dicit Petrus de cres. li. v. quod ar-
bor debet perforari usq3 ad medullas et speci-
es aromaticę debent imponi. ut cinciber. mu-
scatū. vel quęcunq3 species volueris. et foramen de-
bet obstrui clauo de ramo facto. et sic fructus
contrahunt odorem ab alijs speciebus. et sapo-
rem et fructus aromatici nuncupantur. Mora-
liter per arbozem quo ad presens itelligo ma-
lum hominem fructus malorum operum affe-
rentem. De quo dicit dominus Matth. vij. Ma-
la arbor fructus malos facit. Et infra. Non po-
test arbor mala fructus bonos facere. ubi di-
cit glo. Per malam arbozem itelligitur homo
radicatus iniquitate. per cultellum autem vno
modo itellige excommunicationem que intel-
ligitur per cultellum quem Petrus habuit in
cena cum quo agnus dividebatur. Et dicit alio
nomine gladius. Luc. xxiij. Ecce duo gladij
Alio modo per cultellum subaudi proscriptio-
nem quam faciunt reges et iudices seculares
transgressoribus et inobediētibz que similis
est excommunicationi. quia dicitur liber feudo-
rum. quod bannitus a rege vel excommunicatus
equiparatur et significatur per secundum cultellum
vel gladium quem Johannes in cena habuit.
Igitur si talis homo malus debet de sua ma-
licia vel contumacia imitari et fructus bonorum
operum ferre. Necessē est ut vel per prelatos
ecclesie perforetur cultello excommunicationis
que penetrat usq3 ad medullam. quia ferit ani-
mam. Et magnam ei affert penam. Quia dicit
lex. 4. ne sanctum baptisma iteret. i. hi qui san-
ctum. quod maioris pene visum est non versari iter

homines et hominum carere suffragijs. quod eijs
extra ciuitatem puta in exilium deserti nemo-
ris vel per reges aut principes et. perforari de-
bet cultello proscriptionis vel alias iuste pu-
nitionis. Et postquam homo malus ita est excom-
municatione perforatus vel mulctatus. debet
sibi infundi aqua colorata que nihil aliud est nisi
predicantis vel exhortantis doctrina discre-
ta que debet moneri ne tali excommunicatione
diu maneat. sed obedire studeat et pro absolu-
tione laborare festinet. Quia dicit beatus Au-
gustinus de verbis apostoli. Omnis christia-
nus qui a sacerdote excommunicatur sathane
traditur. et ponit. xj. q. iij. c. Omnis. Et si hoc
perpendit homo malus de malo fit bonus. et
faciet fructus coloratos. id est. opera honesta
et virtuosa. Ideo de talibus malis quomodo
separantur a communionē christifidelium. di-
cit dominus ad sensum moralem absq3 synago-
gis facient. In quibus verbis duo tanguntur.
primo exclusio excommunicatorum ibi. absq3 sy-
nagogis. secundo iussio prelatorum ibi. faci-
ent vos. Circa quod nota. dicunt naturales. Ca-
nes patiuntur bolismum continuum. id est. ap-
petitum imoderatum. et tamen aliquando per
foramen cruciatur quod insaniunt et rabidi fiunt
et omnia animalia que ab eis mordentur in in-
furiā rapiuntur preter homines. qui aliquan-
do euadit beneficio medicine. Est autem medi-
cina contra eius morsum aleum cum sale et nu-
cibus addita herba rute. hec enim quattuor ad
inuicem terentur ad quantitatem magni nucis
ei patienti sepius offerantur. et hoc cum vino.
Eadem autem confectio super morsum exteri-
us ponatur. vulnus enim sanat et venenum extra-
hit et consumit et a periculo liberat et preseruat
ita efficaciter sicut tiriaca. ut dicit magister li.
pprietatem. xviij. Aliam curam ponit Isaac in
dietis dicens. castanee cum modico sale vel cum
melle trite et tempore rabidi canis vel hominis
morsum sunt optime sanatiue. Ausam autem
quare canis fit rabidus ponit constantinus di-
cens. quia naturaliter est frigidus et siccus et
nigra colera ipsi dominatur et superabundat.
et putrefacta et hec ipsum rabidem facit. et hoc
contingit maxime in autumnō et in vere. et plu-
uius. li. xxx. dicit quod sub lingua canis iacet ali-
quando vermiculus qui grece dicitur licia qui
facit canes rabidos quo extracto cessat mor-
bus. Moraliter excommunicati ut dicit Ansel-
mus. li. v. c. xlvij. assimilantur morsum canis rabidi.
quia omnia animalia morfa a cane rabido effi-
ciuntur rabida et furiosa. Sic omnes precipites
excommunicati in casibus non concessis effi-
ciuntur excommunicati saltem minori excommunica-